

## Band V., Nr. 1407, Seite 169-170

*Die Gebrüder Simon und Berthold von Schauenburg genehmigen die  
Vertauschung der Vogtei und sonstiger Güter zu Frankenthal durch ihren  
Lehensmann Ritter Friederich Streiff von Rodenburg an das Kloster  
Frankenthal gegen Güter zu Edigheim und Oppau.*

Ohne Ortsangabe, 1256 (vor August 22).<sup>1</sup>

Simon et Bertholdus fratres de Schouwenburc<sup>2</sup> . . . Noverint universi presencium inspectores, quod nos manu communicata unanimi consensu et liberaliter permisimus et licentiavimus, Fridericum Streiphonem militem de Rodenburc<sup>3</sup> feodium, quod ipse et sui progenitores de manu nostra et parentum nostrorum iam longo tempore habuerunt, videlicet advocationem in Frankental, quam contendebat se habere, decimas, hospitia, census annuos, agros et quicquid iuris videbatur ibidem habere cum ecclesia et dominis de Frankental commutare in perpetuum, ita quod collegium de Frankental omnia bona que habebat et habere videbatur in Odinkeim et Ophawen in curiis, agris, pratis, in silvis, nomine proprietatis et hereditatis, pro concambio et permutatione bonorum dicti Streiphonis, que iure feodali huc usque possedit a nobis, dederit a Streifone et heredibus suis perpetualiter cum onere et honore possidenda. Ecclesia itaque in Frankental et persone deo ibidem famulantes feodium, quod ad collationem manuum nostrarum spectabat, nomine et iure proprietatis eadem bona sita in Frankental loco prediorum in Odinkeim et Ophawen de nostro consensu similiter perpetualiter possidebunt. Promisimus etiam et adimplere volumus, quod venerabilis dominus noster abbas Elwacensis et capitulum suum, a quibus nos ipsa bona, que Streifo miles habet a nobis, in feodium nos tenere profitemur, suas de ratihabitione<sup>a</sup> et consensu det litteras capitulo in Frankental prenominato, nosque et omnes nostri heredes simus homines ecclesie Elwacensis et infeodati pro bonis in Odinkeim et Ophawen permutatis. In cuius rei testimonium presentes litteras tradimus ecclesie in Frankental et Streiphoni militi nostrorum sigillorum munimine roboratas. <br> <br> Datum anno domini millesimo CC. L. sexto.

---

<sup>a</sup>Die Vorlage hat fälschlich: *rata habitione*.

<sup>1</sup>Die Datierung orientiert sich an der Urkunde Nr. 1409 (WUB, Bd. V, S. 171 f.).

<sup>2</sup>Schauenburg, abgegangene Stammburg bei Dossenheim.

<sup>3</sup>Rothenburg, abgegangene Burg bei Eschbach.

## II

Der Abdruck erfolgt nach den Historia et commentationes academiae electoralis scientiarum et elegantiorum litterarum Theodoro-Palatinae, 7 Bde., Mannheim 1766-94, Bd. 6, S. 298.  
In der Vorlage ist ein aufrechter gekrönter Löwe als Wappen Simons angegeben und eine undatierte Urkunde des Ritters Streiff über denselben Gegenstand erwähnt.

## Überlieferung und Publikationen

### **Editionen:**

Acta Theodoro-Palatinae, Bd. 6, S. 298.

## Weitere Angaben

### **Sprache:**

Lateinisch

### **Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

### **Ausssteller:**

Simon; von Schauenburg Berthold; von Schauenburg

### **Ortsindex:**

Dossenheim HD<br> Dossenheim Gemeinde (6287)<br> Edigheim,  
Ludwigshafen, LU<br> Ellwangen (Jagst) Wohnplatz (4362)<br> Ell-  
wangen (Jagst), AA<br> Frankenthal, FT<br> Oppau, Ludwigsha-  
fen, LU<br> Rodenburg<br> Rothenburg, Eschbach, SÜW, W